

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Epithalamia Viro ... Dn. Henrico Rudolpho Redekero, I.U.D. ... Sponso. Cum X.
Iulii Anno M DC LV. felici roro iungeretur ... Virgini Margarethe Schützen/ Viri ...
Dn. Davidis Schützen/ Quaestoris ... Svanensis ... Filiae Sponsae**

Rostochii: Kilius, 1655

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775783005>

Druck Freier  Zugang



EPITHALAMIA
Viro Amplissimo & Excellentissimo
**DN. HENRICO RU-
DOLPHO REDEKERO,**

J. U. D. Consultissimo
S P O N S O.

Cum X^o Julij Anno M DC LV. felici
toto jungeretur

Nobili & Virtutibus omnibus eminentissima
Virginis

Margarethe Schützen/
Viri Amplissimi & Spectatissimi,

DN. DAVIDIS Schützen/

Quæstoris per Ducatum Gustrovien-

sem & Satrapæ Svanensis dum vixit
laudatissimi

FILIÆ SPONSÆ.

Dicata

2

Fautoribus & Amicis.

ROSTOCHII,

Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.



29

Quando fatebaris castos , ut amicus, amores,
ARGENTORATI mi, Redekere, tuos
Qvos præclara bonis accensos Virgo fovebat
Et nunc in flamas deproperare paras
Spes erat , has terras ubi videro teq; reversum ,
Gaudia me læcum cernere posse tua.
Intercepta fuit Spes conjugis ista meæmet
Morte , nec admittit gaudia qvassa domus ,
Hoc tamen haud intermitti vult , qvin tibi multum
Gratuler egregii flamen amoris idem.
Sic flamen flamas generosas dirigat , ut sit
De quo posteritas splendeat uber amor.

Boni omnis causa scr.

Joh. Georgius Dorscheus, D.

Quando tuum , REDEKERE , venit letissima Sponsa
In thalamum , ex voto viye valeg diu!

L. M. Q.

Casp. Mauritius, D. P.P. & Superint.

Ad Consulissimum Dn. SPONSUM

J. B. D. Clarissimum

RENRICUM RUDOLPHUM Redeker/
domum ducentem.

Virginem Virtutibus sui sexus nobilissimam

MARGARETAM Schüzen.

Ergo & sunt pharetra , tela , atq; Sagitta , puellis :
Pastorem quoq; nunc binnulus ipsus agit;

Qvi⁹

Qvis dubitat & nec enim est Sponsa cognomen inane?

Fixit, quo potitur, nunc quoq; cerva, Virum,
Tolle arcus, pharetramq; haut est lethalis arundo.

Sentiat & pharetram MARGARIS ipsa tuam.
Venator tenera non conjugis immemor esto:

Fac Sponte id, fieri qvod tua Cerva cupit.
Spondeo filios: tales dabit illa sagittas:

Qvæ gravis his, hostes nulla pharetra timet.

Honori & amori erga Excelleniss. Dn. Sponsum Amicum
veterem & dilectum, qvod debuit L.M.Q.

Augustus Varenius, D.

¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶

Sic, qvid amare juvet, discis, REDIKERE, Sagittis

Sic te virginis cedere cogit Amor.

SCHUTZIA certat amans, te SCHUTZIA pellit amantem,

Donec in amplexus pertrahat ipsa suos.

Hic, nove Sponse, jaces. Hic captus amore qviescis.

Et qvanam melius sede jacere potes?

Ergo qvæ tua sunt, far sedulus, atq; Maritum

Te præsta fidum. Plura docebit amor.

Ast ego gratabor. Cœlum conservet AMANTES,

Et bene compositum par regat atq; tegat.

Henricus Rahne / J. D. & Prof.

¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶

Iam Tibi formoso se jungit corpora Nympha,

Qvæ morbis præsens fit medicina tuis.

Pro sint, qvod mihi in optatis, socialia vincla,

Et vobis sortem Dia det atq; bonam.

Gratulab. f.

Daniel. Conradi, D.

Nosse quod ingenio quisquam comprehendere posse.
Hoc vere docti credimus esse Viri.
Sic tua Calliope formavit pectora, Sponsus.
Ut res ingenium nulla latere queat.
Ergo doctrinae praestantis honore vigebis,
Emerita & linguae laus repetita manet.
Cedant arma togae, concedat laurea linguae,
Cuncta sed huic linguae cedere lingua velit.
Tu decus ingenii RFDKERE magne sonora
Explicuisse potes voce, sed ista ne quis?
Non potuit Venerem REDKERI vincere lingua?
Non valet ingenium vertere jura deae?
Affidus qui rebus adest, non posse putatur
Fraude Cupidineam decipi, ut arma gerat.
Sed quia quamplures & ego hic contraria sensi
Credo quod insigni fabula plena joco.
Hic calor ingenium doctis quoq; serrat & auger
Sæpe fuit vires addere visus eqvo.
Ferre mihi triplex os circum corda videtur,
Quem Venus immotum vincere nulla potest;
Mitia corda decet miti mitescere lusu,
Sic TE, quem mites erudiere deae.
Vobis lætus Bacchus dator & bona Juno
Adsit tum peragat Musica blanda choros,
Ab sit Eris thalamo, thalamus pia pectora nectat,
Pectora non ullo dissoluenda die.

Hocce schedio tædis Viri Consultissimi Sponsi
in veteris amoris mnemosynon bono
omino ac amicissimo affectu applau-
debat.

Georgius Hegevvald, J. D & Jud.
Prov. Advoc.

Fœdere

Fœdere conjugii casti conjuncta sacro
Sub clypeo summi corcula bina Dei,
Depulso fathana pravisq; à limite vestro,
Corde vigete uno, nec tite lætitias:
Concincta divina domum Clementia vestram.
Vvite tranquillo nuptaq; virq; statu.

*Hic accinere volait Neonymphorum
Prosperitati*

Johannes Lubertus, M. D.

Nupta domum insiliit, tu SPONSE opteria promis,
Prode Hymen ex calathis Cinxia vota tuis:
Ut, quos coniunxit socios nunc ignis & undas,
Vivant, dum fuerint ignis & undas, Bene.

A. Tscherningius.

Intra WESTPHALICÆ gentis potiora relatus
Nomina cum plausu R E D D E K E R ille fuit.
Permiti crevit fortunæ, faustior illis,
Qui vix dimidium fortis habere solent.
Vidit id (haud fallor) pridem, lectissima casti
Et benè compositi, SCHUTZIA. MAMMA
tori.
Est opus hic votis, quibus attestemur amores
Felici vinclo: VIVAT UTERQ; DIU.

Cum Beuedictione scr.

Bernh. Gosman, P. P.

Ampla SACITTIFERAM Virtus tua fecit inerme,
Fortunam Virtus in tua vota dedit.
Danre DEO quodcumq; homini contingit, id ægrum
Urere livorem, nemo negare potest.

A 3

Prospere

*Prospira porro Deum tua Vota secundet: ad annos
seros felicem TE velit ipse Deus.*

Quod vovet ex animo suo dilecto

Johan-Christophorus Ottonis, P. P.

EN Redekere mihi triplex modo cur tibi grater
Causa, prior Titulus, proxia conjugium est;
Tertia munus erit, tibi quod comittet Jova.
Per Proceres urbis sat ratione suâ:
Scilicet ut trades docili Sacra Jura Juventæ
Et monstres recti Justitiæq; viam.
Hinc merito auxilium Supremo à Numine posco
Muneris Hoc tanti prosperet aëta tui,
Cor regat illustret mentem quo plurima possis
Dicere discenti commoda, grata Deo.
Vosq; novos Sponsos multum beet, ut videatis
Pignora chara tori grataq; membra poli.

*Ita Amico meo & Populari Singulariter
dilecto ex animo congratulor.*

M. Rembertus Sandhagen,
Ad D. Nic. V. D. m.

Quae concitato meta tandem cursui?
Qvis terminus tot gloriosis paſibus
Super tuus, REDEKER E Doctor Inclyte?
Aut fallor; aut indocilis es confistere,
Et ad quietem innoxiam, ac laudabile
Transire quamvis otium. Tam pertinax
Est impetus, miror, tuus; tantâ ruis
Ac volverus Contentione qvælibet
Per summa honorum ferridus faſtigia!
Non sufficit præclara quam circumdedit

THE

Tuo tiara vertici Themis tua
Honore summo : Neutiquam, Itur altius!
Non dicier saltem , sed esse discupis
Doctor, sed inter Optimos. Hinc masculine
Grassaris ad docentium subsellia
Et ipsa qværis pulpita : At nec hoc satis!
Audacter hinc ad conjugale , ut audio,
Transis decus, feliciterq; ad omnia.
Qyam gaudeo: dum hæc audio ! Qyet prosequor
Te gratulationibus tam gnaviter
Ab uno honore transeuntem ad alterum:
Et hoc lubens latusq; præsto , ac debedo:
Causæ sat est, conjunctionem VVestphalam
Si dixero nostram : sed istam snaviter
Coram redintegrabimus , Tu currere
Ad plura perge decora sorte prospera
Sed plura qvid dico ? Parenis amabile
Restat decus , nomeng; solum : Et hoc grave
Non indipisci , credo , erit : Junget tuæ
Suam hædus grayatè Amica Sponsa industria;
Hæc meta tandem cursui , sed sèpius
Iterata erit: postrema Cælum : Hic terminus
Supremus est: bunc largiatur seriùs.
Qui catena hadenus ibi : Quidn' id precer?

M. Jultus Valentinus Steman;

Hamburg.

Sint ibi Sponse novi felicia fædera Leti,
Nes turbet primuñlis male sanafocum.

H. & o E. scribebam

A. A. J. U. C. & U. R. S.

D^A mihi Diva Venus cur sis ardenter Etna
Sævè torrentes spargis ubiq; faces

Scilicet

Scilicet ad reqvism revocas corpuscula lassa,
Sollicitis studiis; grande levabis opus!
Guttas sudoris numeras, tua gratia factis
Stat meritò; gnavis præmia non decrunt
Noscitur ex Sponso Musarum castra secuto;
Imponis studiis, dulcis amica modum.
Adducis Sponsam quæ pondera vasta laborum,
Sublevat & profert gaudia mille Tibi
Gratulor ex animo; Tibi fausta precarier altô
His brevibus nitor. Sint bona cuncta P A R I

Ernestus Cothman, Gustr.

¶ Quid? Redekere tibi conjungis foedere Nympham,
Quæ laudem castæ Virginitatis habet?
Quæ formâ superat reliquas præstante puellas,
Quæq; Dei toto pectore jussa colit?
Quid magè nunc voveas, Doctor, quid dulcius optes?
Hâc quàm cùm costâ vivere posse diu?
Quare Deo meritas depromas pectore grates
Irrita non sivit quod tua vota Deus.
Vive diu felix, felicem degere vitam.
Dulce est, connubii vos, Redekere, Deus
Et thalami vestri sanctissima vincla secundet
Hoc precor, & votis annuat, Alma Trias.

J. H. M. L. W.

Vista

*Vivite concordi felicia corpora lecto,
Et stet in eternos vestra propago da*

Tam honoris
matio

M. Zachar
Eccl. I

SAcra REDECKER US DO
vivia lecti

Instituit summo non inimica
O festiva dies! lux exoptata duob

Qui jungi cupiunt in sacra jurat
Huc ades, ad Sanctam Virgo dum

CHRISTE, tuo præsens numini
Junge duos, thalami sine Te non ce

Te sine non verus pectora jungi
Jura det Heinricus, det Congrua Ju

Margaris at repleat SCHUT
domum.

Unus amor, pietas ambobus, & un
Perq; omnem vitam pax sit, & a

Stephanus Elane, Ecclesi

Visit quis terras alio sub sole calente

Ac a natali tam procul erret h

Ut vel ad extremos cursu penetra verit

Eurus ubi eois litora plangit aquiss

A 2

